



# The Holy See

---

«SACRO MILLENNIO» DELLA POLONIA CATTOLICA E FEDELE

***MESSAGGIO DI PAOLO VI  
PER L'APERTURA DELLE CELEBRAZIONI***

*Venerdì, 15 aprile 1966*

Animo praesentes inchoatis sollemnibus celebrationibus sacri Poloniae Millennii rursus significamus paternos Nostros sensus erga nobilissimum istum populum peculiaremque caritatem confirmamus qua Te ceterosque Praesules in conferentiam congregatos prosequimur. Dum vero flagrantia nuncupamus vota ut Millennii celebratio felicia afferat incrementum christianae pietatis, fraternae concordiae, verae prosperitatis, dilectissimae nobis Poloniae Gentis Apostolicam Benedictionem horum bonorum auspiciem universae Nationi peramanter impertimus.

PAULUS PP. VI